



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Osculum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

à quo, nu. 7. Sylvest. in ver. ordo, 2, §. 5.  
ver. 3.

## O S C U L U M.

**P**rimò, osculans persona ecclesiastica mulierem etiam violenter, qua poena sit punienda, vide Clar. *quest. 83. ver. osculum*. Secundò, an per osculum uxoris possit fieri divortium, ut amittat dotem uxor ab alio osculata, vel probetur adulterium, vide præter cæteros, Cov. *de spons. 2. part. c. 6. §. 6. nu. 3. & 4.* terciò, osculum libidinosè habitum, nisi sit inter conjuges, est peccatum mortale, Cajet. *in sum. in ver. osculum*, similiter de omnibus actibus impudicis; idem *ver. impudicitia*, secus verò, si osculum fiat ex benevolentia, ac juxta morem patriæ, idem *loc. cit.*

## P A L A T I U M.

**P**alatum Episcopi gaudet immunitate Ecclesiæ, non solum si intra quadraginta passus ab Ecclesia constitutum sit, sed etiam si extra, gl. *in c. id constituimus, 17. q. 4.* Inn: & Host: *in c. inter alia, de immun. Eccl. Abb. in c. Ecclesia, nu. 9.* & ibi Henric. *col. ult. eod. tit.* Oldrad. *conf. 55.* Cov. *lib. 2. c. 20. nu. 5. ver. 5.*

## P A R O C H U S.

**P**rimò, cujus parochi præsentia requiritur in contrahendo matrimonio parochiæ, viri, an mulieris? Respondetur, quòd alterius sufficit,

Nav: *conf. 3. de cland. desponsat. nu. 1.* & hoc quando contrahitur in parochia sua, aliàs non, nempe quisque parochus in sua, & non in aliena; ita dicit declar: sac: Cong: & *conf. 4. nu. 1. ver. 3.* dicit idem ex mente ejusdem sac: Cong: quòd sufficit præsentia alterius, in quacunque parochia contrahatur. **verùm** hoc videtur satis durum dicto auctori, & mihi, nempe, quòd parochus mulieris possit adesse matrimonio contrahendo in parochia viri, & è contrà, ideo juxta suam, & meam opinionem debet intelligi quisque in sua parochia, non ut alter audeat in parochia alterius, quia esset usurpare jus alienum, quod fieri nequit cum præjudicio alterius, *c. nullus, cum seq. q. 2. Clem. 1. de privit. eò vel maximè, quando essent contrahentes diversarum diocesium, quia tunc, & parochi, & Episcopi jurisdictionem usurparet. sed posset dubitari, si parochus viri assistat, vel interveniat matrimonio contrahendo, in parochia femine, licentia parochi, femine, vel è contrà, an sit nullum matrimonium? Respondetur ex Apostilla, sive Appendice in *conf. 3. de cland. desponsat. Navar. ubi habentur hæc verba: Adverte, ne ex solutione prima q. inferas, ergo si solus parochus viri interveniat, quando matrimonium contrahitur in parochia femine, vel è converso, sit nullum, quia refertur à sac: Cong. resolutum validum esse, ut etiam auctor refert, con. sequenti, posset dubitari secundò, sac: Conc. *sess. 24. c. 1. §. qui aliter*, irritat matrimonium contractum sine præsentia parochi? Respondetur, quòd intelli-**